Virtus enim idem est quod potentia principalis, hinc dicimus Causas secundas operari in *virtute* primæ.

4. Postulatum. *Liceat quotcunq; res simul sumere, & tanquam unũ tantum supponere.* Si quis præfractus hoc neget, ostendo. Conceptus *partium* est, ut sint Entia plura, de quibus omnibus si quid intelligi potest, quoniam semper omnes nominare vel incommodum vel impossibile est, excogitatur unum nomen, quod in ratiocinationem pro omnibus partibus adhibitum compendii sermonis causa, appellatur *Totum*. Cumq; datis quotcunq; rebus, etiam infinitis, intelligi possit, quod de omnibus verum est; quia omnes particulatim enumerare infinito demum tempore *possibile* est, licebit unum nomen in rationes ponere loco omnium; quod ipsum erit *Totum*.
5. Axioma 1. Si quid movetur, datur aliud movens.
6. Ax. 2. Omne corpus movens movetur.
7. Ax. 3. Motis omnibus partibus movetur totum.
8. Ax. 4. Cujuscunque corporis infinitæ sunt partes, seu ut vulgò loquuntur, Continuum est divisibile in infinitum.
9. Observatio. Aliquod corpus movetur.

21 Ἔκθεσις

(1.) Corpus A movetur *per præcog. 9.* (2.) E. datur aliud movẽs *per 5.* (3.) & vel in corporeũ, [4.] quod infinitæ virtutis est (*per 3.* [5.] quia A ab eo motum habet infinitas partes *per 8.*) [6.] & Substantia *per 2.* [7.] E. Deus *per 1.* q. e. d. [8,] vel Corp 9, [9.] quod dicam 9 B. [10] id ipsumet movetur *per 6.* [11.] & recurret quod de corpore A demonstravimus, 12. atque ita vel aliquando dabitur incorporeũ movens, [12.] nempe ut in Aostẽ dim 9 ab ἔκθ. 1. *ad 7.* Deus q. e. d. [13.] vel in omne infinitum existent corpora continuè se moventia [14.] ea omnia simul, velut unum totũ liceat appellare C. *per 4.* [15.] Cumque hujus omnes partes moveantur *per* ἔκθ. 3. (16.) movebitur ipsum *per 6.* [17.] ab alio *per 5.* [18.] incorporeo, quia (omnia corpora in infinitum retro, jam comprehendimus in C. *per* ἔκθ. *14.* nos autem requirimus aliud à C. *per* ἔκθ. *17.*) [19.] infinitæ virtutis (*per 3.* quia quod ab eo movetur, nempe C. est infinitum *per* ἔκθ. *13.* † *14.*) [20.] Substantiâ *per 2.* [21.] Ergo DEO *per 1. Datur* igitur *Deus*. Q. E. D.

CUM